

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 39

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 39.

Tit. l. vers 10 et 11 et 16. alibi profertur in
jure Can. ~~l. 3. tit. 27. item~~ l. 3. tit. 27. item
l. 4. Diversis titulis applicantur.

Liber 39.

De novi operis nuntiatione

- Q. 1. Quid sit operis novi nuntiationis? R. Est legitima prohibitio facta aedificanti, ut ab opere coepto novituro desistat, donec de jure constet. l. 1. ff. h.
- Q. 2. Quinam possunt nuntiare? R. In causa publica omnes, modo sint cives ejus loci, l. 3. s. ult. ff. h. In privata illi, qui dominium directum et vel utile aut servitutem realem habent, l. unie. s. 3. ff. de remiss. l. 15. ff. h.
- Q. 3. Cui debeat fieri denuntiatio? R. Ex-
tremi novi operis, ~~l. 4. pr. ff.~~ etiam pupillis
et furiosis, l. 10 ff. h. quia haec nuntiationis in
rem fit.
- Q. 4. Propter quae opera fit nuntiationis? R. tan-
tum ob coepta, l. 1. s. 1. ff. h. nondum absoluta.
si enim absoluta iam fuerint, et transeundum
est ad interdictum, quod vi aut clam, et id quod
factum est destruetur, l. 1. s. 1. ff. h.
- Q. 5. Quis faciat novum opus? R. qui operis
facie mutat aedificando, vel etiam reficiendo, d. l. 1.
s. 11. ff. h.
- Q. 6. Quomodo fiat nuntiationis? R. vel nudis
verbis, l. 1. s. 2. vel per praetorem, vel per la-
pilli jactum. l. 5. s. 10. ff. h. hodie plerumq. fit
per notarium, aut si falsis nudis verbis, et fit
pro majori cautela adhibeantur testes.
- Q. 7. Quid exigatur ab illo qui nuntiat? R.

exigi ab eo potest juramentum calumniae l. 5. §. 12
ff. h. Cateri ipse in destinatione referre debet
quid operis sit coeptum, ut sciatur, an postea
aliquid contra nuntiationem sit actum l. 8. §. ff. h.
Q. 8. Quis sit effectus nuntiationis? Q. ut
adversarius ante interpositam satisfactionem non
solum prohibeatur edificare, sed si ~~pro~~
nuntiatione perierit, demoliri cogatur opus
postea factum, l. 20 §. 1. 3. et 4. ff. h.

Q. 9. Quid si opera adificanda non patien-
tur mora vel publica salutis aut securitatis
ea fieri interfit? R. non attenditur nun-
tiatione, d. l. 5. §. 11 et seqq. uti etiam si noto-
rium sit, nuntianti non esse jus nuntiandi
arg. l. 5. §. 12.

Q. 10. Quomodo tollatur nuntiationis?
R. 1. Satisfactione ejus cui nuntiatum est d.
l. 5. §. 14. 2. si prator in contrarium pro-
hibeat, l. 16. ff. h. 3. si nuntians rem
alienet, est enim nuntiatione actus mere perso-
nalis. Item 4. ab eadem ratione eximat
nuntiatione per mortem nuntiantis l. 8. §. per ff. h.
exiit nisi nuntiatione ^{nominatio} sit facta etiam pro-
heredibus, arg. l. 27. §. 1. ff. de recept. qui obit.

Q. 11. Quid si prohibitus moriatur, vel rem
alienaverit? R. tenet nuntiatione, l. 8. §. ult.
ff. h.

Tit. 2.
De damno infecto et de fug-
gredis, et protectionibus

Q. 1. Ad quid agatur de damno infecto?
R. Si damnum nondum sit datum sed futurum metue-
tur v. g. ex ruinosis vicini aedibus aut lecto, ade-

Nota, damnum infectum
hic sumitur pro futu-
ro, et non pro praeterito

Lib. 39.

undus est Prator, ut jubeat, Dominum directum
vel ubi, vel eum qui bona fide possidet
aut servitutem habet cavere, donec nomine
suo per stipulationem, de damno refarciendo,
~~si quod causetur fuerit.~~ C. 7. ff. h. Vi. D. Scot. h.
9. 1.

Q. 2. Quid si intra tempus constitutum à pra-
tore non caveatur? R. Mittit eum Prator,
qui damnum timet in possessione rei servanda
causam ex primo decreto C. 7. ff. h. Et si post-
ea adversarius non caveat, in possessione pla-
naria ex 2^{do} decreto d. C. 7. Ita ut ipse do-
minus deiciatur possessione, C. 19. §. 23. ff. h.
adeoq, missus per longi temporis possessionem
etiam dominium capiet, nisi dejectus talis sit,
qui possit restituere, ut minorrenis C.

Q. 3. Quid si missus metu ruinae dis-
cesserit de possessione adiu. R. Si id fecerit,
quia non ad amplius reparare rem amplius adjuvare
non potuit, integrum jus servabit: quod si ma-
luerit relinquere, cum potuisset adhuc succurrere
amittet beneficium Pratoris nisi protestatus sit
se possessionem ex necessitate dimittere, vel
apparuerit adeo non esse derelictas, d. C. 15
§. 4 35.

Q. Quid si ^{non} exacta cautione aedificia ruerint
R. Non tenetur Dominus adiu. damnum refarci-
re, nec rudera tollere, si modis omnibus, qua
jacent, derelinquere velit. C. 6. ff. h.

Tit 3.

De aqua, et aqua pluvia ar-
cenda actione.

Q. 1. Quid ^{sit} in edicto de aqua, pluvia
arcenda? R. Datur ex hoc actio in factum,

Domino praedij, cui damnum metuitur, adversus
Dominum illig ^{fundi} praedij vel loci, in quo opus
aliquod manufactum est, quo aliter aqua fluat,
quam solebat, ad hoc, ut opus tollatur, et res in
pristinam formam reponatur, Qui quidem impensis
si ipse opus fecerit, actori vero, si res, culpa
valet, arg. l. 11. § 2. ff. h.

Lib. 39.

108

Q. 2. Cesset ne aliquando haec actio? R. cessat
si quid agri colendi causa sit factum, et magis
sit frumenti quarendi causa l. 6. § 53. ff. h.
vel, si vicium tollat opus, eoque sublato aqua
naturaliter ad inferiorem agrum pervenire, noceat.
arg. l. 1. § 14. et 5. fm. ff. h.

Ceterum in h. titulo etiam agitur de servitute
aqua ducenda, vel haurienda vel immittenda,
in qua usus et modus praescriptus observandus
est ex l. 17. ff. h., juncto tit. C. de servit.
et aqua.

Tit. 4.

De publicanis et vectigalibus, et Comensis.

Quid nomine publicani hic veniat? R.

Publicani sunt ii, qui vectigalium, teloniorum
tributorum, aut similiarum reddituum publicorum
sunt conductores, qui postea fisco certam
annuam pensionem, juxta conventionem factam
præstare solent.

Q. 1. Quid sit in edicto de hujusmodi hominibus.

R. datur actio adversus eos, ut si vel ipsi
vel familia illorum, nempe servi C. quid illicite
extorserint, si id non restitutum erit in dupli-
juxta annum, in simplum post annum restituant,
l. 1. ff. h.

Q. 2. Quid sit vectigal? R. quod solvitur
ex rebus, quae veniunt, l. 5. § 6. C. de vectig.

Lib. 39.

Q. 3. Uter debeat solvere uectigal, emptor, vel venditor? R. Magis conuenit ut emptor arg. 31. Cl. . Praecipue tamen attendendum est, quid conuentione, eaq. cessante lege municipali sit constitutum.

Q. 4. Quid si uectigal non solvatur? R. Res in commissum cadit, nisi fiscus ad quinque annos siluerit, l. 2. C. de uectig. vel ex necessitate quid sit factu. l. fin. §. 8. ff. de public. vel quis minor sit, l. fin. §. 9. ff. vel serui quid egerint ignorante domino. §. 31.

Q. 5. Num requiratur sententia declaratoria, ut res in commissum incidat? R. Non esse dubitandum, cum hac res in facto consistat.

Q. 6. Datur ne actio de commissio aduersus heredes? R. non datur ad poenam, nisi quae actio mota fuerit uiuo defuncto, l. fin. §. 1. ff. h. iunct. l. 4. . Equidem uerum est, quod ex l. 8. §. 9. ff. eod. transmittatur crimen ad heredem, non tamen ratione poenae, sed solum rei commissae.

Tit. 5.

De Donationibus

De Donationibus egimus in iure Can. l. 3. §. 24. Item l. 4. §. 20. Item in iustit. l. 2. §. 9.

Tit. 6.

De mortis causa donationibus et Capionibus.

De hoc etiam titulo iam egimus cit. l. 3. §. 24. in iure Canonico pauca tantum restant adhuc hic elucidanda. circa capiones.

2. 1. Quomodo Distinguitur Donatio capio mortis
causa, à donatione mortis causa? R. sunt
genus ad speciem. Donatio enim mortis causa est
rei acquisitio ob solam mortem Donatoris, et at capio
mortis causa est rei acquisitio, quae mihi obve-
nit etiam ob alterius mortem l. 8. ff. h. v. g. si
legatariorum pecuniis heredi daretur ut hereditate
adiret haec pecunia mortis causa capitur, l. 13.
ff. h. Item si legataris ab aliquo pro-
ximè accipiat, ut legatum repudiet, id pro mortis
causa capione habetur.

Lib. 39.
109

2. 2. Num haec sit mortis causa capio dicenda
si ego Cajus pro Dometo causa mortis filii mei
cum forsan in aliquo vita discrimine sit consti-
tutus hac conditione, quod si filius convalesce-
rit, pecunia donata mihi rursus reddatur, si vero
decesserit, ut maneat apud Cajum. R. affirm.
ex l. 8. ff. et patet ex data distinctione
inter capionem et donationem mortis causa, quae
quam Wilm. hic cum glossa arbitretur, esse
se donationem mortis causa.

Tit.
Liber 40.

Lib. 40

De manumissionibus
servorum.

Totus iste liber merito omitti potest cum
hodie nullam habeat utilitatem abrogata
servitute.

Lib. 41.

Liber 41
Tit. 1.

De acquirendo rerum dominio
De hac materia egimus in inst. l. 2. §. 1. et l. 9.